



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

49. Dominica 6. Epiphaniæ. Acrimonia sinapis perfectorum tentatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

## MEDITATIO XLIX.

Dominica 6. Epiph.

*Acrimoniam sinapis perfectorum tentatio-*

**V**ndebo in grano sinapis majore oleribus,  
quod cum creverit sit arbor, figurari vi-  
ros magnae virtutis, & perfectos, non tamen  
sine acrimoniam temptationis. Petam intellige-  
re, & superare ejusmodi temptationes.

**Conf. 1.** Quomodo perfecti, quam diuin-  
militia sunt, à pugna temptationis immunes  
non sint: quia *Pacem cum carne habere non pos-  
sumus*, ait D. Greg. in Lib. 1. Reg. & D. Aug.  
*Tentatione uniusquisque se discit*. in Psal. 36.

**Conf. 2.** Tentari eos interdum omnibus  
vitiorum generibus, Deo ita permittente ad  
eorum meritum, & ad aliorum exemplum. Si  
Paulo datus est stimulus carnis, ne extoller-  
etur. Magna gratia debet habere exercitium.

**Conf. 3.** Ut vincens manna absconditum  
accipiam, Apoc. 2. & in sudore vultus mei,  
Gen. 3. vescar Pane Virgineo: generale esse  
remedium SS. Eucharistiae frequentationem  
docet D. Cypr. in orat. Dom. non est idoneus  
ad Martyrium, qui ab Ecclesia non armatur  
ad prælium: quia mens deficit, quam ac-  
ceptâ Eucharistiâ non erigit,  
& accendit.

ME.